

Sermo

R

quiescit iustus. scilicet conscientia. De qua psalmista. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis. id est per singula peccata munda bo conscientiam. Item par mentis. Canticoꝝ primo. Lectulus noster floridus. Item quies contemplationis. Math. xxiij. Duo erunt in lecto uno: vnus assumetur et alter reliqueretur. Item meditatio dominice passionis. hic est lectus helie. in quo suscitatur defunctus. iij. Regū. xvij. Item beatitudo. De qua Luce. ix. Qui mei mecum sunt in cubili. Et vade in domū tuam que sumitur multipliciter. Et primo in ppriam scientiam per sollicitam discussione Sapientie. viij. Intra in domū meam conquiescam in illam. Psalmi sta. Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee. Secundo in corpus proprium: per vilitatis ac fragilitatis considerationem. Iheremie. xvij. Surge et descende in domum figuli. et ibi audies verba mea. Numeri ultimo. Intra in lutum et calca: et subigens tene laterem. Tertio in ecclesia per sacramentorum perceptionem. Amos. v. In cunctis que foris sunt. s. extra vnitatē ecclesie dicitur ve ve. Unde qui extra archam inuenti sunt diluuiō perierunt. Gen. vij. Similiter quicquid fuit in agris grandine percussum interijt. exo. ix. Similiter quicquid extra domū rabab fuit inuentū gladio peribat. iosue fetto. Quarto in celum per desiderium et iugem meditationeꝝ. Ihebe. vltimo. Non habemus hic manentes citi

Centesimusquartus

273

ritatem: sed futuram inquirimus. Nescio qua nascere solum dulcedine cunctos Carpit. et immemores non sinit esse sui.

Dominica vicesima.

Epistola Ephe. v.

Fratres videte quomodo caute ambuletis. nō quasi insipientes sed ut sapientes. redimentes tempus. quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. Sed impleamini spiritu sancto: loquentes vobismetipsis in psalmis et ymnis et canticis spiritualibus. Cantantes et psallentes in cordibus vestris domino: grās agētes semper pro omnibus. In nomine domini nostri ihesu christi deo patri subiecti inuicem in timore christi.

Euangelium. Math. xxi.

In illo tempore. Loquebatur ihesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum hōi regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. et nolēbant venire. Iterū misit alios seruos dicens. Dicitis inuitatis. Ecce prandium meum parauit. Thauri mei et altaria mea occisa sunt. et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt et abierunt. alius in villā. alius vero ad negociationē suā. Reliqui vero tenuerunt suos

ik. i.